Ex Lib. Convictorii Carolino Pinc.ª 1ª 63

MARBODEI GALLI POETAE VE

tuſtiſsimi de lapidibus precioſis Enchiridion, cũ ſcholijs Pictorij Villin=genſis.

EIVSDEM PICTORII DE lapide molari carmen.

PARISIIS

Excudebat Chriſtianus Wechelus, ſub ſcuto Baſilienſi, in uico Iacobæo, anno 1531.

UNIVERSITARIA ... PANCA

ENCHIRIDION MARBODEI GALLI, DE LAPIDIBUS PRECIOſIS.

ENCHIRI-
DION MARBODEI GAL-
li, de lapidibus precioſis.

PRAEFATIO.

ANVLVS VT GEMmã digitis aptãdus haberet,
Dicitur in primis feciſſe Prometheus uſum,
Caucaſeæ rupis quem lucida fragmina ferro
Incluſiſſe ferunt, digitoq; recepta tuliſſe.
Aetas poſterior iunxit ſpecioſa metalla,
Et lapides claros, adiecit & inſuper artem,
Inſuetamq; manum triplici ueſtiuit honore.
Sed fraus intactum quia nil humana relinquit,
Inuida naturam dum ſcilicet ars imitatur,
Veras à falſis labor eſt diſcernere gemmas,
Callida quas dederit uitro ſimulare doloſo,
Dum ueram ſpecies mentitur adultera formam.
Inde fit ut uirtus gemmarum nulla putetur,
Ignaros quoties tentata probatio fallit:
Sed ueræ ſpecies fuerint ſi rite ſacratæ,
Effectus miri procul ambiguo comitantur,
Gemmis à gummi nomen poſuere priores,
Quod tranſplenderent gummi ſplendentis adinſtar.